



Per.  
Lat  
020

Prodit Budapestini, VIII., Baross-u. 62. circa Idus cuiusque mensis, excepto Julio et Augusto.  
Pretium subscriptionis annuae 60.000 coronarum (4 P 80 f).

## Habemus pontificem.

Neminem iam latet Summum Pontificem Christianorum gentem Hungaricam multa aspera expertam ac perpessam maximo beneficio affecisse. Nam Pius XI. optima erga nos voluntate adductus archiepiscopum<sup>1</sup> et primatem Hungariae nominavit<sup>2</sup> Iustinianum Serédi, virum doctissimum et monachum modestissimum, qui vitam in studiis consumens nullum honorem<sup>3</sup> appetiverat. Hac re nos eo magis laetari oportet, quod Summus Pontifex in ea oratione, quam in inaugurando<sup>4</sup> Cardinale habuit, haec fere verba dixisse nuntiatur: «Iste est horum natu minimus, amor et deliciae<sup>5</sup> nostrae, carissimus noster Benjamin. Quamvis sit iuvenis, tamen a tot annis gravem<sup>6</sup> personam<sup>6</sup> sustinet<sup>6</sup> etiam dudum velut



Ecclesiae columen, quo superbi sumus et gloria suae gentis est. Laeti audimus, quanta omnium approbatione nominatio<sup>7</sup> eius in Hungaria accepta sit. Profecto nos et Sancta Sedes Apostolica gaudemus, quod cives illius regni, quod tanta pertulit ac per multa saecula verum et firmum fuit Christianitatis et cultus<sup>8</sup> humanitatisque<sup>8</sup> pro pugnaculum,<sup>9</sup> praeci puā<sup>10</sup> benevolentia ornare<sup>11</sup> possumus».

Homines ex omnibus terrae partibus congregati pias aures adhibuerunt verbis Pontificis, qui tam candide<sup>12</sup> meminerat illius parvi regni, quod adhuc alii ne esse quidem credere voluerant. Affectus,<sup>13</sup> quibus homines impleti erant, describi non

<sup>1</sup> érsek <sup>2</sup> kinevez <sup>3</sup> kitüntetés <sup>4</sup> felavat <sup>5</sup> kedvenc <sup>6</sup> fontos szerepet tölt be <sup>7</sup> kinevezés <sup>8</sup> műveltség <sup>9</sup> védőbánya <sup>10</sup> megkülönböztetett <sup>11</sup> kitüntet <sup>12</sup> összintén <sup>13</sup> érzelem.




possunt. Omnes laeti ac residentes primatem Hungarorum aspectarunt; in plurimum oculis lacrimae splendebant.

Legatus Hungarorum prandio in honorem novi primatis apparato incompta<sup>14</sup> oratione principem catholicorum Hungarorum salutavit. Primas his verbis commotus talia fere respondit: «Gaudeo vos venisse; gaudeo vos adesse: non enim de me, sed de causa regni agitur.<sup>15</sup> Gaudeo vos venisse et ostendisse vos esse Hungaros; gaudeo, quod exterae nationes rursus nos viderunt, qui vivimus et vivere volumus».

Iustinianus Serédi ante viginti annos, ut modestus monachus Romam profectus, diligentia cum studio doctrinae coniuncta tantam sibi laudem ac gloriam comparavit, ut tanto honore dignus fieret. Grato animo laeti eum ad nos venientem accipiamus et precemur Deum, ut in animis Christo reconciliandis<sup>16</sup> diu sanus laborare possit.

<sup>14</sup> egyszerű <sup>15</sup> szó van <sup>16</sup> megnyer.



### De morte Zrini.

Multos ante annos erat magnus quidam Hungarus, qui patriam armis carminibusque adiuvabat; nomen praelcaruni ducis timebant hostes et opera poetae insignis nunc quoque post multa saecula aestimantur. Is fuit Nicolaus e com. Zrini.

«Sors bona, nihil aliud» erat sententia<sup>1</sup> eius cara; sors bona viventem saepe adiuvabat, sorte mala imperfectus est. De morte eius duae famae vulgatae sunt, sed non constat, utrum causa vera interitus eius fortuna adversa an scelus improbum fuerit. Historia necis eius onibus nota est ex descriptione Nicolai e com. Bethlen.

Illo die fatali multi hospites in arce

### Sanctus Stephanus.

Scripsit: V. F.

Nuntius interea decurrentis pulverulentus<sup>1</sup>

Procidit in terram Stephanoque ita fatur anhe-lans:<sup>2</sup>

«Heu, mala sum tibi, rex, instantia<sup>3</sup> ferre coactus: Impius Achtonius,<sup>4</sup> latae princeps regionis, Abnuit<sup>5</sup> obsequium<sup>6</sup> et terram seiungere regno Vult interque suos regis sibi iura clientes<sup>7</sup> Sumit<sup>8</sup> et omnimodis prohibet commercia<sup>9</sup> tecum. Fidus ei fueram per tempora longa minister, Sed nuper laesus iuravi probra<sup>10</sup> litare<sup>11</sup> Me poenis meritis; fer opem nunc, rex, mihi, cle-mens,

Ut quam vindictam<sup>12</sup> vovi, committere<sup>13</sup> possim» Haec ad tristitiam<sup>14</sup> rex adducto<sup>15</sup> mala vultu Accipit atque virum dictis affatur amicis: «Te, bone, quem novi, iubeo salvare, Chanadi<sup>16</sup> Non me praeterit, quas res agitaret<sup>17</sup> iniquas Achtonius meditorque<sup>18</sup> ab eo iam sumere poenas. Opportunus ades; nam te stratagemata<sup>19</sup> nosse Audivi belli versareque tela peritum.

<sup>1</sup> porlepte	<sup>2</sup> lihegve	<sup>3</sup> fenyegető	<sup>4</sup> Ajtony
<sup>5</sup> megtagad	<sup>6</sup> engedelmesség	<sup>7</sup> alattvaló	<sup>8</sup> bitorol
<sup>9</sup> közlekedés	<sup>10</sup> gyalázat	<sup>11</sup> megbosszul	<sup>12</sup> bosszú
<sup>13</sup> végrehajt	<sup>14</sup> elkomorult	<sup>15</sup> Csanád	<sup>16</sup> tervez
<sup>17</sup> készül	<sup>18</sup> hadi csel.		

prisca comitis Zrini aderant, ut apros sil-varum proximarum venarentur. Venationem iam mane incepérant; meridie in arcem redierunt ad epulas lautas<sup>2</sup> consumendas.<sup>3</sup>

Post epulas unus e satellitibus<sup>4</sup> nuntiavit aprum ingentem repertum esse, quem mane frustra persecuti essent. Zrini magno cum gaudio arma cepit et solus it feram reperturus. Bestiam conspicatus telum in aprum dirigit, sed animal prosilit et telum non caput, sed cervicem vulnerat. Nunc aper impetum facit; hasta comitis super dente bestiae frangitur. Zrini sine armis bestiam vincere conatur, sed quidam ignotus ex proximo telum in duos certantes mittit; comes subito perturbatur: aper eum sternit mortiferoque<sup>5</sup> ictu vulnerat.

Amici tarde venerunt eum servaturi: etsi aprum necaverant, comiti succurrere<sup>6</sup> non potuerunt; ille mortuus est.

Tradunt telum fatale ab improbo latrone

<sup>1</sup> Jelmondat <sup>2</sup> fényses <sup>3</sup> elkölt <sup>4</sup> csatlós <sup>5</sup> ha-lós <sup>6</sup> segitségére megy.

*Agminibus, quae nunc habeo et quae feceris<sup>19</sup> ipse,  
Tu praeris ductor bonus imperiumque tenebis.  
Et quia sum variis distentus<sup>20</sup> rebus agendis,  
Non adero bellis, precibus sed numen adoro,  
Te iuvet omnibus<sup>21</sup> divoque favore<sup>22</sup> sequatur.<sup>22</sup>  
Haec ubi dicta dedit, molli de sede levatus  
Mobilibus<sup>23</sup> pedibus magnum conclave reliquit.*

*Firmato strinxil<sup>24</sup> tum corde Chanadiusensem  
Sublatumque<sup>25</sup> tenens fortes aggressus amicos :  
«Jam gaudete, viris», clamavit «et arma parate !  
Rursus enim dabitur pugnandi copia<sup>26</sup> vobis  
Membraque pigra situ<sup>27</sup> grato renovare labore.  
Achtonius movit sceleratam seditionem,  
Pro domino sese gerit invictoque tyranno  
Et Stephano, regi iusto, pârere recusat ;  
Sed nos sufflatum<sup>28</sup> parere docebimus illum». *Annuit omne duci vulgus gladiisque levatis  
«Ibimus» acclamant «Christoque iuvante secundis<sup>29</sup>**

Loco mortis Zrini monumentum statutum et haec verba inscripta sunt:

*Hic cadit invictus, quondam interfectus ab apropria  
Zrini praeda suis, hostibus apta magis.  
Qui tot mille feros, ferro superaverat hostes,  
Victor ab immanni<sup>8</sup> vincitur ipse fera.  
Ille quidem finivit opus vitaeque labores,  
At patriae infelix incipit esse labor.  
Ille quidem nostros mirabitur aethere casus  
Flebit at illius nostra ruina necem.  
«Sors bona, nil aliud» mediis servavit in armis,  
Eripuit fato sors mala, nil aliud.  
Quam sit in humanis sors impia proxima rebus  
Mortis in hoc speculo<sup>9</sup> quisque videre potest»*

Multis post annis quia Dravus cavaverat<sup>10</sup>  
ripam, monumentum in undas fluminis ce-  
cidit, ita ut nemo unquam id videre possit.  
Monumentum et epitaphium<sup>11</sup> nunc solum  
ex litteris nota sunt. *Anna Fábián*

7 megveszteget 8 szörnyű 9 tükör 10 kiváj  
11 sírfelirat.

*Mox intrare<sup>88</sup> viam<sup>88</sup> iubet omne Chanadius agmen  
Et rapido cursu celeres properare cohortes  
Incipiunt et humum pede vix libare<sup>89</sup> videntur.*

*(Ad numerum proximum.)*

19 gyűjt 20 elfoglalt 21 jó jel 22 pártol 23 fürge  
 24 kiránt 25 felemel 26 alkalom 27 henyélés 28 fel-  
 fuvalkodott 29 kedvező 30 eleven 31 dárda 32 leng  
 33 döngöt 34 visszhangzik 35 érhetetlenné tesz  
 36 nehéz 37 törekvés valamire 38 útnak indul 39 érint

## Exempla Clarorum Virorum.

Cum Plato, maximus Graecorum philosophus, ad ludos Olympios venisset, iniit contubernium<sup>1</sup> cum ignotis hominibus, illis etiam ipse ignotus. Morum suavitate et sermonibus modestis ac prudentibus sic eos cepit ac devinxit,<sup>2</sup> ut illi peregrini plurimum gauderent talis viri contubernio. Neque vero Academiae aut Socratis mentionem fecit;<sup>3</sup> hoc unum eis dixit se Platonem appellari. Cum perfectis ludis Athenas venissent, benigne eos exceptit. Tum hospites: «Age, inquiunt, monstra nobis illum Platonem tibi cognominem,<sup>4</sup> Socratis discipulum, cuius magna ubique fama est. Duc nos in Academiam, ut illum audiamus. At Plato leniter subridens: «Ego vero, inquit, ille ipse sum». Obstupuere illi, quod tantum virum tam diu socium ignorantes habuissent.

(Aelianus.)

Callicratidas, Lacedaemoniorum classi praefectus, pecunia maxime indigebat ad annonam<sup>5</sup> nautis comparandam. Tum quidam ad eum accesserunt et quinquaginta talentis oblatis ab eo postulaverunt, ut quandam inimicum traderet sibi ad necandum. Quia ille pecuniae anteponebat<sup>6</sup> aequitatem,<sup>7</sup> eos valere iussit. Tum Cleander, qui aderat: «Ego vero, inquit, si Callicratidas essem, oblatam pecuniam accepissem». Cui Callicratidas: «Et ego, inquit, si Cleander essem».

(Plutarchus.)

Aliquando cum Alexander Magnus piratam<sup>8</sup> interrogavisset, quo iure mare faceret

<sup>1</sup> közös lakás <sup>2</sup> lebilincsel <sup>3</sup> említést tesz <sup>4</sup> egy-  
nevű <sup>5</sup> élelmiszer <sup>6</sup> többre becsül <sup>7</sup> méltányos-  
ság <sup>8</sup> kalóz.

infestum,<sup>9</sup> ille contumax:<sup>10</sup> «Eodem, inquit, quo tu orbem terrarum. Sed quia hoc ego exigua nave facio, praedo vocor; tu vero, quia magna classe facis, imperator appellaris.»  
(S. Augustinus.)

Vetusto more regi Alexandro sacrificanti praesto erant<sup>11</sup> pueri nobilissimi. E quibus unus cum thuribulo<sup>12</sup> ante eum astabat; forte in bracchium eius ardens carbo<sup>13</sup> delapsus est. Etsi urebatur et adusti corporis odor ad nares<sup>14</sup> circumstantium pervenit, tamen et dolorem silentio pressit et bracchium immobile tenuit, ne sacrificium Alexandri turbaret.  
(Valerius M.)

<sup>9</sup> veszélyeztet <sup>10</sup> dacos <sup>11</sup> segédkezik <sup>12</sup> tömjén-tartó <sup>13</sup> szén <sup>14</sup> orr.



## LECTORIUS MINIMIS.

### Asinus et leo.

Quondam asinus peregre<sup>1</sup> abiit. Ut ambulabat, occurrit<sup>2</sup> leoni. Leo bene oculis<sup>3</sup> perlustrat<sup>4</sup> asinum, quia nondum animal tantis auribus viderat. Eum interrogat:

— Quis es tu, auritule?<sup>5</sup>  
— Ia, ia! — inquit asinus — Ego sum rex agnorum.  
— Age,<sup>6</sup> si rex agnorum es, videre cupio, uter nostrum sit validior. Ecce arbor: detrahe<sup>7</sup> cacumen ad terram.  
— Prius tu detrahe — ait asinus — postea ego detrahiam.

Leo ingentem saltum<sup>8</sup> facit,<sup>9</sup> arripit latus arboris, ad terram declinat.

— Ego plus possum — inquit asinus, et cacumen arboris apprehendit. Sed cum id leo misisset,<sup>10</sup> arbor sublime<sup>11</sup> iacit<sup>12</sup> asinum. Asinus procul ab arbore decidit ad fruticem.<sup>13</sup> Ibi lepusculus<sup>14</sup> ocquiniscebat,<sup>15</sup> quem asinus recidens usque ad mortem<sup>16</sup> opprimit.<sup>17</sup> Asinus leporem arripit, fert ad leonem, laetitia<sup>18</sup> victoriae<sup>19</sup> elatus<sup>20</sup> ostentat.

— Viden? tam validus sum.

Leo rubore perfusus<sup>21</sup> dicit:

— Temptemus<sup>22</sup> aliud!

— Per me licet<sup>23</sup> — inquit asinus. — Sed si unam aurem reiicio,<sup>24</sup> paulum irascor, si vero alteram quoque aurem reiicio, curre quo vis, alioquin<sup>25</sup> actum est de te.<sup>26</sup>

— Hei! — inquit leo — res in serium convertitur.<sup>27</sup>

Et summis viribus currit ad silvam. Ut currit, obviam ei venit<sup>28</sup> lupus.

— Quo curris, leo?

— Hei, noli interrogare! Conveni regem agnorum, qui dixit mihi: si unam aurem reiicio, paulum irascor, si vero alteram quoque aurem reiicio, actum est de te.

— Cupio videre illud animal — ait lupus. — Redeamus, nos duo, credo, eum vincemus.

— Non ibo — inquit leo.

— Noli timere, veni. Faciemus ex betula<sup>29</sup> torum,<sup>30</sup> cervices<sup>31</sup> in eum inseremus.<sup>32</sup>

Leo acquiescit.<sup>33</sup> Lopus celeriter torum facit, cervices inserunt, ita ambulant. Repente conspiciunt asinum. Asinus quoque eos conspicit et aurem reiicit.

— Viden? — ait leo — iam unam aurem reiecit. Revertamur, dum paulum irascitur.

— Veni modo!<sup>34</sup> — hortatur lupus. — Ne timeas eum.

Leo aliquot gradus facit. Sed cum asinus alteram quoque aurem reieciisset, statim se convertit<sup>35</sup> et lupum invitum<sup>36</sup> secum trahit.

Repente lupus ad terram decidit. Ita enim torus collum compressit, ut moreretur.

Leo consistit et lupum aspicit. Os lupi apertum erat. Leo putat eum suam ignaviam ridere.

— Facile tu rides — inquit — sed ego timeo.

Nisi leo aufugisset, mea quoque fabula longior esset.

<sup>1</sup> világá <sup>2</sup> találkozik <sup>3</sup> szemügyre vesz <sup>4</sup> füles  
<sup>5</sup> no <sup>6</sup> lehúz <sup>7</sup> ugrik <sup>8</sup> elereszt <sup>9</sup> feldob <sup>10</sup> bokor  
<sup>11</sup> kis nyúl <sup>12</sup> guggol <sup>13</sup> agyonnyom <sup>14</sup> nagy diadal-lal  
<sup>15</sup> látod? <sup>16</sup> elszégyelve magát <sup>17</sup> próbál <sup>18</sup> nem  
bánom <sup>19</sup> hátraesap <sup>20</sup> különben <sup>21</sup> véged van <sup>22</sup> en-  
nek fele se tréfa <sup>23</sup> szembe jó <sup>24</sup> nyírsa <sup>25</sup> gúzs  
<sup>26</sup> nyak <sup>27</sup> beledug <sup>28</sup> belenyugszik <sup>29</sup> csak <sup>30</sup> meg-  
fordul <sup>31</sup> akarata ellenére.

## Lucius Marius.

Scripsit: Church A. J. In Latinum convertit: Valentinus Fehér.

### 3. Lucius iterum capit.

Lueullus in Tigrane frangendo occupatus erat, cum ingentem hostilem exercitum a tergo adesse certior factus est. Nam Mithridates reverterat in Pontum et dimidia parte regni potitus erat. Qua de causa Lucullus robur exercitus eo mittere constituit. Medio Quintili<sup>1</sup> mense Thracum equitatus exercitui Pontico, cui tum praererat Fabius, se adiunxit.

Fabius, etsi miles fortis, tamen non erat idoneus imperator neque eiusquam alterius consilium sequi volebat. Lucius moribus<sup>2</sup> equitum, qui sub imperio suo erant, non erat contentus; nam ii post adventum tristes, immo nonnunquam minaces facti sunt. Lucius suspicionem imperatori detulit:<sup>3</sup> equites aliquid mali in animo<sup>4</sup> versare.<sup>4</sup> Quam suspicionem Fabius asperge<sup>5</sup> reiecit.

— Plus eis confido — clamat — quam permultis Romanis. Cum sint milites, non se immiscent<sup>6</sup> rebus publicis.

Veruntamen Lucius auscultabat<sup>7</sup> et animum<sup>8</sup> rebus attendebat.<sup>8</sup> Tum Thraces a mane usque ad vesperum catervatim<sup>9</sup> circum castra palantes<sup>10</sup> capita inter se conferabant.<sup>11</sup> Nonnulla verba, quae ad aures Lucii acciderant, satis erant ad excitandam sollicitudinem. At cum Lucius iterum hanc rem denuntiasset, Fabius ne tum quidem ei fidem tribuit. Ea, quae secuta sunt, Lucium recte putasse ostenderunt. Audacia enim hostium usque<sup>12</sup> crescebat; manus pabulandi<sup>13</sup> causa<sup>13</sup> exeentes saepe captae, unaquaque fere nocte nonnulli vigiles trucidati sunt.

Tum Fabius vexillis sublatis circiter quindecim milium passuum itinere confecto contra Mithridatis exercitum constituit. Romanorum viginti milia, hostes prope duplo plures, erant. Fabius primum Thraces impetum facere iubet; nemo se movet. Praecepto rursus edicto Thraces ad hostes transire incipiunt. Lucius subditis<sup>14</sup> equo calcaribus<sup>14</sup> advolat, ut eos reducat. Repente a tergo arreptus atque ex equo revulsus vincitur.<sup>15</sup>

Fabius cum haec videret, dolore, metu, furore captus obviam eis volat, obsecrat, minitatur. Sed cum Thraces signo<sup>16</sup> dato progredi inciperent, senex imperator ex equo lapsus conculcatur.

Proditione Thracum omnis exercitus disolutus ac nisi legiones locum defendissent, verisimiliter deletus esset. Socii paene ad unum omnes fugae se mandaverunt; legionarii confertis<sup>16</sup> ordinibus<sup>16</sup> ad hostes conversi lente se recipiunt et tandem defessi fameque confecti<sup>17</sup> in Cabeirani arcem perveniunt.

Interea Lucius tempus, dum exercitus in hiberna<sup>18</sup> se reciperent, in quadam arce regis consumebat. Cum Mithridates rediisset, catena dempta suaviorque cibus ei datus est.

Postero die ad regem ducitur. Mithridates ultra sexagesimum annum aetate<sup>19</sup> junior esse videbatur atque oculi sub hirsutis<sup>19</sup> superciliis<sup>20</sup> ardore juvenili micabant.

— Me absente — inquit — bene te tractatum<sup>21</sup> esse opinor.

— Nolo queri — respondet Lucius.

— Tolle dextram.

Quod ubi Lucius fecit, vestigia catenarum

conspiciuntur.

— Quid? — clamat rex — me absente tu, civis Romanus, in vincula coniectus es! At ignosce illis hominibus, qui nescire videntur, quid inter civem Romantim et barbarum intersit.<sup>22</sup> Certe polliceris te non aufugiturum esse. Quoad amicos tuos de tua fortuna certiorem fecero, apud me manebis. Audio te Marium appellari; consanguineusne es illius magni Marii?

Lucius affirmat.

— Omnia Romanorum p[ro]p[ter]a rex — maximus ille fuit. Gaudeo nunquam mihi manus<sup>23</sup> cum eo fuisse conserendas.<sup>23</sup> Nonne tu quoque stas a popularibus<sup>24</sup> pugnasque contra optimates? Nam familia atque amici eius trucidati sunt.

— Rex amplissime<sup>25</sup> respondet Lu-

<sup>1</sup> július <sup>2</sup> magaviselet <sup>3</sup> jelent <sup>4</sup> tervez <sup>5</sup> nyersen <sup>6</sup> avatkozik <sup>7</sup> hallgatózik <sup>8</sup> figyel <sup>9</sup> csapatossan <sup>10</sup> kószál <sup>11</sup> összedug <sup>12</sup> folyton <sup>13</sup> takarmánszerzés végett <sup>14</sup> megsarkantyúzva <sup>15</sup> megköböző <sup>16</sup> tömött sorokban <sup>17</sup> elgyengülve <sup>18</sup> téli szállás <sup>19</sup> bozontos <sup>20</sup> szemöldök <sup>21</sup> bánik <sup>22</sup> különbögé van <sup>23</sup> megütközik <sup>24</sup> néppárti <sup>25</sup> felséges

cius — cum potestas in manibus patrui<sup>26</sup> esset, nullam in inimicos habuit misericordiam; cum vero inimici superassent, simili modo se gesserunt. Par pari relatum est.<sup>27</sup> Si septem consulatus patrui mihi tribuere posses, non acciperent. Nihil appeto, nisi honores et praemia, quae dii bona iudicant atque otium et pacem; praeterea rei publicae prodesse concupisco.

Mithridates, qui haud ignorabat varias esse Romae factiones,<sup>28</sup> Lucio Mario, utpote qui<sup>29</sup> illius Cai Marii consanguineus esset, uti cogitabat ad ruscitandas in Romana civitate simultates.<sup>30</sup> Sed cum Lucius consilium regis accipere recusaret, dimissus est. Ineunte aestate adolescens, cuius vitam Lucius in pugna ad Tigranocertam servaverat, introductus est.

— Tune ades, Chrosime? — clamat Lucius.

— Ubi tu es — inquit ille — ibi esse debo. Lucius Triarius, Pontici exercitus imperator, qui Lucullum non exspectans proelium commiserat, fusus fugatusque est.<sup>31</sup> Ego tamen, cum sacramentum<sup>32</sup> non dixisse, videns ordinis perturbationem, ante pugnam aufugi.

Postero die nuntius a rege allatus est, ut Lucius ipsi se adiungeret. Qui ubi in castra pervenit, Mithridatem optime<sup>33</sup> affectum<sup>33</sup> repperit.

— Ecce — inquit rex — vici Romanum exercitum atque Asiae rex ero. Ad seditiōnēm concitabo Hispaniam, Galliam, Africam, Graeciam atque etiam Italiam. Hoc est mihi propositum. Vin<sup>34</sup> me adiuvare? Omnia, quaecunque dare possum, accipies; gener meus eris; quia filii non confido, te meditor adoptare.<sup>35</sup>

— Amplissime rex — inquit Lucius — si, quod petis, facerem, merito mihi confidere non deberes.

Vultus Mithridatis subito furore perfusus est. Sed mox summa virium<sup>36</sup> contentionē<sup>36</sup> se cohibuit.<sup>37</sup>

— Sit, quod vis. Aliquando fortasse optabis, utinam aliud responsum dederis.

(Ad numerum proximum.)

<sup>26</sup> nagybácsi <sup>27</sup> a dolog ki van egyenlítve <sup>28</sup> párt  
mint aki <sup>29</sup> egyenetlenség <sup>30</sup> teljesen legyőz <sup>31</sup> szónoklat  
<sup>32</sup> eskü <sup>33</sup> a legjobb hangulatban <sup>34</sup> akarsz-e? <sup>35</sup> fiává fogad <sup>36</sup> erőfeszítés <sup>37</sup> uralkodik magán.

## Memores estote antiquorum!

### Sanctus Emericus.

Sanctus Emericus regio genere natus, morte iam matura raptus est. Sed enim: «Consummatus in<sup>1</sup> brevi,<sup>1</sup> explevit tempora multa; placita enim erat Deo anima illius» (Sap. 4. c. 13—14. vv.)<sup>2</sup> non propter sanguinem regium per venas eius discurrentem,<sup>3</sup> sed quia animi saturitatē ad Deum convertit tulitque flores virtutum, quibus sibi gloriam sanctorum comparaverit.

Vita eius non in securitate neque in commoditate prodiga,<sup>4</sup> sed in cultu severo ingenii animaeque praeteribat. Multa discebat, ita enim de eo legitur: «Brevi peritissimus fuit artis<sup>5</sup> dicendi,<sup>5</sup> philosophiae cantusque et linguam Latinam adeo didicit, ut hac lingua Biblam Sacram et opera oratorum rerumque scriptorum legeret».

Ille quidem ingenium magnum, at affectus<sup>6</sup> animi<sup>6</sup> meliores habebat. Religionem cum Deo coniungere, vitam vulgarem inanemque vincere, peccatis vel minimis resistere optime sciebat; religione terram hanc miseram — per se nullius pretii — maximi pretii fieri posse existimabat.

Sanctus Emericus regibus editus atavis,<sup>7</sup> Dei tamen servus humilis erat. In vita splendoribus luxuque circumdatus faustusque, sed intimo pectore quasi spinas et aspera ferebat. Aliis dormientibus, per noctes psalmos Davidicos lectitabat, lucernis coram ipso ardentibus, ut proleni regiam decebat. In fine autem cuiuscunque psalmi corde contrito<sup>8</sup> et conpunkto<sup>8</sup> a Deo veniam petebat. Et post noctes pervaigilatas corpus eius fatigatum non lecto<sup>9</sup> sericis<sup>9</sup> strato<sup>9</sup> recreabatur, sed scamno<sup>10</sup> aspero ex tabulis<sup>10</sup> ligneis<sup>10</sup> constructo<sup>10</sup> torquebat.<sup>11</sup>

Et sic corpori fatigato devictoque animus imperabat, cui macula non adhaereret. Cupiditate terrestri extincta in caelum animo alacri liberoque suspebrat. Castitatem animi, quam Deo voverat, non solum adolescens,

<sup>1</sup> rövid idő alatt <sup>2</sup> Bölcseg könyve, 4. fejezet, 13—14. sorok <sup>3</sup> csörgedez <sup>4</sup> könnyelmű <sup>5</sup> szónoklat <sup>6</sup> lelkei élet <sup>7</sup> ősi <sup>8</sup> töredelmes <sup>9</sup> selyemágy <sup>10</sup> deszkapad <sup>11</sup> fonnyasz.



sed etiam maritus cum sponsae integritate  
virginea conservabat.

O continentiam admirabilem iuventutis,  
quae ignem libidinis corporis rivo lacrima-  
rum extinxerit; flamas in se portans  
earum ardore non urebatur! Virtus magna  
terribilisque pro magnitudine operis praemio  
digna est! Opus magnum, praemium maius  
fuit. Custodia erat temporalis, remuneratio  
autem aeterna.

Dux S. Emericus ardenter etiam patriam  
amabat. Patriam esse altare, domum ter-  
ramique, parentes autem, pueros, amicos  
civesque eius partes<sup>12</sup> supplentes<sup>12</sup> tantum  
esse censebat. Non secus putabat amorem  
patriae magna petere, facere maiora, maxima  
curare, ut ita dicamus, seipsum<sup>13</sup> devovere<sup>13</sup>  
posse.

O iuvenes, flores excrescentes patriae  
nostrae, quae spem omnem habet temporis<sup>14</sup>  
futuri<sup>14</sup> melioris, aspicite hunc florem caris-  
simum (Emericum Sanctum), virginum  
pretiosissimumque in sinu materno Ecclesiae  
Christi; aspicite clarum atque nobis dupli-  
citer pulchrum gratumque, cum ex terra,  
sanguine maiorum madefacta,<sup>15</sup> veris tem-  
pore progenitus sit et in Hungaria *integra*  
floruerit! Aspicite vestros, magnae famae  
maiores, inter eos etiam Sanctum Emericu;

tollite ad eum ora vestra auxilium peten-  
tes; si enim animus tuus iuventutem no-  
stram, Sancte Emerice, custodiet, patria nostra  
florebit splendebitque neque unquam luc-  
tum<sup>16</sup> accipiet.<sup>16</sup>

<sup>12</sup> kiegészítő rész <sup>13</sup> önmagát feláldozni <sup>14</sup> jövő  
<sup>15</sup> áztatat <sup>16</sup> gyász ér.



Quale vinum, tale Latinum.

Adolescens quidam vagabundus<sup>1</sup> perve-  
speri in domum quandam devertit, ubi ho-  
spitium<sup>2</sup> quaesivit.<sup>2</sup> Hospes<sup>3</sup> scire voluit,  
verene viator litterarum peritus esset. Quare  
vinum ei ministravit et interrogavit:

— Amice, quid dicis de hoc vino?  
Adolescens bibit vinum et respondit:

— Bonus vinum.

Hospes miratus, quam parum adolescens  
linguam Latinam cognovisset, melius vinum  
ei dat. Ille bibit et dixit:

— Bona vinum.

Demum hospes vinum optimum attulit.  
Adolescens vino exhausto ait:

— Bonum vinum.

Tum hospes eum interrogavit, cur prius  
male locutus esset. Adolescens respondit:

— Quale vinum, tale Latinum.

Editha Stolnicki.

\*

— Audio, amice — ait rector ad disci-  
pulum — te bibere.

— Quaeso, siti crucior.<sup>4</sup>

— Bene, sed vinum bibis.

— Quaeso, sed vinum sitio.

— Ita, ita, sed multum bibis.

— Quaeso, multum siti crucior.

\*

Ebrius homo in oppido Celldömölk aspergit  
horologium<sup>5</sup> turris, sed nesciebat, utrum post  
mediam noctem, an post meridiem prima  
hora esset.

Cum sic animo<sup>6</sup> angeretur,<sup>6</sup> obviam ei  
venit alter ebrius. Ab eo quaesivit, diene,  
an nocte prima hora esset.

— Nescio, amice — respondet ille — ego  
peregrinus sum.

\*

Cingari ordine ibant ad sacerdotem reli-  
gionis discendae causa. Sacerdos ab uno  
quaerit:

— Quot dei sunt?

— Tres — respondet cingarus.

Sacerdos ira incensus abigit cingarum.  
In via obviam ei venit alter cingarus, qui  
eadem de causa ad sacerdotem tendebat.<sup>7</sup>

— Dic — inquit prior — quot dei sunt?

— Unus — respondet alter.

— Eheu! Noli eum adire; ego tres dixi  
neque tamen satis erat. *Ludovicus Prédl.*

<sup>1</sup> kóbor <sup>2</sup> szállást kér <sup>3</sup> gazda <sup>4</sup> kínoz <sup>5</sup> óra

<sup>6</sup> nyugtalankodik <sup>7</sup> igyekszik.

**Frater bonus.**

*Mater*: Quid? comedistine totam scriblitam<sup>8</sup> fratris tui immemor?

*Filius*: Minime; semper enim in animo versavi eum intraturum esse, priusquam totam scriblitam comeditsem.

**Argumenta.**

*Magister*: Démonstra, mi fili, tribus modis: terram esse rotundam.

*Discipulus*: Et geographia sic docet et pater ita dicit et mater hoc dixit.

**Mora damnosa.**

*Advena*: Melius esset, si una hebdomade<sup>9</sup> ante venissem in hoc deversorium<sup>10</sup>.

*Caupo*:<sup>11</sup> Cur, domine, si sinis te rogari?

*Advena*: Quia tum fortasse hic piscis recentior fuisset, quam nunc est.

**Novem annos natus.**

*Mater* cum filio ad medicum venit.

*Medicus*: Quot annos natus es, puer?

*Puer*: Novem.

*Medicus*: Certumne est.

*Puer*: Ita, ego sum novem annorum.

*Mater*: Novem annorum; sed cur non vis credere, domine?

*Medicus*: Etenim nescio, quomodo hic puer novem annorum tam sordidus adduci potuerit.

**Urbana domina ruri.**

*Domina*: Haec arbor est aspectu pulcherrima, cum referta cerasis<sup>12</sup> est.

*Rusticus*: Ita, domina, pulcherrima esset; sed haec mālus<sup>13</sup> est.

8 torta 9 hét 10 vendéglő 11 vendéglős 12 cse-resznye 13 almafa.

**Solutio aenigmatis Numeri III—IV.**

*Series directae*. 1. F. P., 3. labor, 6. ara, 9. deferō, 9/a. Roma, 11. vigint, 12. P. B., 13. mors, 15. mi, 16. Chr., 18. ee, 19. ao, 20. arbor, 22. corpori, 25. tr̄s, 28. rex, 30. cos, 31. fere, 32. af, 33. reus, 35. bos, 35/a. id, 37. dormitat, 40. go, io, 41. iter, 42. scal, 45. dolorosa, 48. egraegius, 52. Hanni, 54. homo proponit, Deus disponit, 61. sumus, 62. Ceres, 63. uu, 64 donec, 68. cubus,

69. sesterc, 71. tan, 73. locus, 74/a. sitis, 75. alea iacta, 78. caedo, 81. pt. 82. as, 83. ignis, 85. ora et labora, 86. ou, 87. tera, 88. de, 89. plasma, 91. Semo, 93. cis, 94. u a, 95. ita, 96. tenu, 97. ut, 98. nuda, 99. Lar, 100. V. M., 101. Gea, 102. ta, 103. ao, 104. or, 105. tr. — *Series libratae*. 1. fortē fortuna adiuvat, 2. pro patria dulce est mori, 3. leg, 4. afirret, 5. bene, 6. arbor, 7. Roma, 8. amor, 9. dic, 10. arbs, 11. vir, 14. soror, 15. mos, 17. hora, 21. res, 22. cor, 23. pe, 24. ia, 26. uu, 27. estis, 29. XI, 30. Coloméa, 31. fio, 34. eo, 35. be, 36. da nobis, 37. domus, 38. mr, 39. ts, 40. gg, 41. ig, 42. shs, 43. caput, 44. l. n., 45. dos, 46. opus, 47. aorca, 48. en, 49. ee, 50. ud, 51. si, 53. iis, 55. rs, 56. Oceanus, 57. perii, 59. uo, 60. nus, 62/a. et, 64. do, 65. nuda, 66. es, 67. cs, 68. citra, 70. tego, 72. atra cura 74. cella, 76. li, 77. coronat, 79. at, 80. obsta, 81. poma, 82. aa, 84. semel, 89. pungo, 90. Aida, 92. et, 98/a. u er.


**AENIGMATA.**

I. Mopericulumra.

II. TEMPORA tempora TEMPORA.

Theresa Ladányi.

III.



V. Nemo mortem beatus. Franciscus Szabó.

**Epistolia Officialia.**

A. e. com. Hadik. Aenigma tuum propter loci inopiam in hoc numero prodire non potest. Ceterum gratias ago pro tua diligentia ac studio. Alias quoque quam plurima atque optima mittas velim. — *Franciscus Szabó*. Satis recte pro tua aetate Latine scribis. Macte puer! — *Theresa Ladányi*. Salse dicta paulum corrigenda sunt. In proximo numero, si locus erit, prodibunt.

Moderator ephemерidis: E. KEMENES dr. O. S. B. Budapest, VIII., Baross-u. 62.

ad quem litterae quaecunque mittantur.

Sumptibus moderatorum ephemерidis:

Magyar Középiskola. (Praeses: ACSAY ISTVÁN dr.)